



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXIII.**

9. Novembris. 5. Idus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

S. BERNARDUS, s. s. de Nat.

Non consolatur Christi infantia gar-  
 rulos, non consolantur Christi lacry-  
 me cachinnantes, non consolantur  
 panni ejus ambulantes in stolis, non  
 consolantur presepe & stabulum a-  
 mantes primas cathedras in sinagogis:  
 sed equanimiter fortè universam  
 hanc consolationem expectantibus in  
 silentio Dominum, lugentibus, panno-  
 sis, pauperibus cedere videbuntur.



9. Novembris. 5. Idus.

**B** NICOLAE, Converse Villarien-  
 sis: qui veluti corpore pusillus & circa  
 fuscus eras, ita animo candido & san-  
 ctimonia magnus. Utramque hanc  
 dotem à simplici obedientia habuisti:  
 per annos enim 40. dum opilionem e-  
 gisti, non actiones duntaxat, sed & co-  
 gitationes illa sola moderabatur. Et  
 ne in piis etiam exercitiis aliquid po-  
 testatis sibi arrogaret propria volun-  
 tas, à Superioribus obtinuisti manda-  
 tum, ut toto vitæ spatio semel tan-  
 tum vesperi pauxillo cibo te reficeres,  
 & asperrimum cingulum nunquam  
 deponeres.



## 376 ANNI CISTERCIENS.

*E pur-  
ga-  
torio a-  
nimas  
educit.*

deponeres. Post obitum anima tua ad ergastulum piacularis ignis delata, est non pœnam, sed gloriam reportatura. Cuidam enim notæ pietatis Eremicolæ illâ horâ cœlitus ostensum est, per merita tua plures ex illis pœnis tecum ad patriam evolâsse. *Doce me salubri nunc timore metuere illas pœnas, illisquæ materiam subtrahere, quæ sunt peccata & negligentia leviores, quæ sanè in illis supplicij onus erunt gravissimum.*

*Floruit  
anno  
1153.*

B. ALBERO, Abbas Dunensis: qui felicior te reputabas in paupere domo Clarævallis, quàm in aula Comitissæ Elsatii, quam ideo deseruisti, ut Parenti BERNARDO adhereres. Post cujus obitum Dunas vocatus, cœnobij illius regimen non ultra biennium tenuisti: sed dilectam solitudinem repetens sub umbra humilitatis latere sanctimoniam tuam potius voluisti, quàm hominum oculis esse in publica dignitate conspicuam. *Preposteri sumus estimatores, qui pro aura favoris humani sepe ingens labores vendimus: prudentius utique facturi, si bonas act'ones soli Deo, qui nihil sine mercede relinquit, notas esse vellemus.*

S. BERNARDUS, ser. 5. de Nat.  
*Is verè fidelis est, qui nec sibi credit,*  
nec in



nec in se sperat, factus sibi tanquam  
 vas perditum: sed sic perdens animam  
 suam, ut in vitam aeternam custodiat  
 eam. Porro id quidem sola facit hu-  
 militas cordis, ut non sibi fidelis ani-  
 ma innitatur; sed deserens semetip-  
 sam ascendat de deserto innixa super  
 dilectum.

DEI so-  
 lius au-  
 xilio  
 inniti-  
 tur hu-  
 militas



10. Novembris. 4. Idus.

**B. ANDREA**, Abbas Calisi, cujus Floruit  
 monasterii prima jecisti funda- anno  
 menta, tam celebri virtutum famâ in- 1240.  
 clytus, ut statim à morte per populi  
 acclamationem titulum sanctitatis  
 obtinueris. Duplicem plerumque Deus  
 retribuit mercedem operibus piè susceptis:  
 largitur famæ gloriam in hac vita, in al-  
 tera vitam sinè fine. Sed utramque sola  
 meretur, quam utinam meis actionibus  
 semper præfigerem, Recta Intentio.

**B. ALQUIRINE**, Clarævallis *Obijt*  
 Monache: qui tanquam rutilans ex il- anno  
 lo virtutum cælo radius, charitatis ig- 1169.  
 nem in domesticos & extraneos spar-  
 sisti. Ansam præbuit Medicinæ scien-  
 tia, quam ita morbidis adhibuisti, ut  
 ad feli-